



# Boletín Oficial DEL Obispado de Osma.

Año LXI. 15 DE NOVIEMBRE DE 1920. Núm. XXI.

---

SUMARIO: Acta Benedicti XV: Litterae Encyclicae de Sto. Hieronymo. (continuación).—Sagrada congregac. del Concilio: Carta a los Obispos de Italia sobre catequesis y explicación del Evangelio.—Sacra Congregatio Rituum: Ritus consecrationis altaris immobilis.—Secretaría de Cámara y Gobierno: Circulares sobre bendición Papal, Misas en favor del Seminario, Colecta del «día del Papa» y Colección.—Provisorato y Vicaría General: Citación.—Ministerio de Instrucción Pública: R. O. sobre los párrocos.—A los lectores Católicos.—Tabla de Sermones en la Catedral.

---

## ACTA BENEDICTI PP. XV.

### LITTERAE ENCYCLICAE

AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS  
ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMU-  
NIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES, IN NATALI  
MD. S. HIERONYMI ECCLESIAE DOCTORIS.

BENEDICTUS PP. XV

VENERABILES FRATRES  
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

(Continuación).

Cui cum fortiter principio adhaeresceret, si qua in sacris libris inter se discrepare viderentur, eo curas omnes cogitationesque Hieronymus convertere, ut quaestionem enodaret; quodsi rem nondum apte di- remptam putaret, de eadem, data occasione, iterato libenterque inquirere, haud ita felici interdum exitu. Scriptores tamen sacros nunquam de fallacia arguit

vel levissima — «hoc quippe impiorum est, Celsi, Porphyrii, Iuliani» (1). — In quo quidem cum Augustino plane consentit, qui, ad ipsum Hieronymum scribens se solis libris sacris hunc timorem honoremque ait deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo errasse aliquid, firmissime credit, ideoque, si quid in eis offendat litteris, quod videatur contrarium veritati, non id opinari, sed vel mendosum esse codicem vel interpretationem errasse vel seipsum minime intellectus; quibus haec subiicit: «Nec te, mi frater, sentire aliud existimo: prorsus, inquam, non te arbitror sit legi tuos libros velle tamquam prophetarum et Apostolorum, de quorum scriptis quod omni errore careant, dubitare nefarium est» (2). Hac igitur Hieronymi doctrina egregie confirmantur atque illustrantur ea quibus fel. rec. decessor Noster Leo XIII antiquam et constantem Ecclesiae fidem sollemniter declaravit de ab soluta Scripturarum a quibusvis erroribus immunitate: «Tantum abest ut divinae inspirationi error ullus subesse possit, ut ea per se ipsa non modo errorem excludat omnem, sed tam necessario excludat et respuat, quam necessarium est, Deum, summam veritatem, nullius omnino erroris auctorem esse». Atque allatis definitionibus Conciliorum Florentini et Tridentini in synodo Vaticana confirmatis, haec praeterea habet: «Quare nihil admodum refert, Spiritum ‘Sanctum assumpsisse homines tamquam instrumenta ad scribendum, quasi non quidem primario auctori, sed scriptoribus inspiratis quidpiam falsi elabi potuerit. Nam supernaturali ipse virtute ita eos ad scribendum excitavit et movit, ita scribentibus adstitit, ut ea omnia eaque sola quae ipse iuberet, et recte mente conciperent, et fideliter conscribere vellent, ei apte infallibili veritate exprimerent: secus non ipse esset auctor sacrae Scripturae univer-

---

(1) Ep. 57, 9, 1.

(2) S. Aug. ad S. Hieron., inter epist. S. Hier. 116, 3.

sae<sup>o</sup> (1). Quae decessoris Nostri verba quamquam nullum relinquunt ambigendi vel tergiversandi locum, dolendum tamen est, Venerabiles Fratres, non modo ex iis qui foris sunt, sed etiam e catholicae Ecclesiae filiis, immo vero, quod animum Nostrum vehementius excruciat, ex ipsis clericis sacrarumque disciplinarum magistris non defuisse qui, iudicio suo superbe subnixi, Ecclesiae magisterium in hoc capite vel aperte reiecerint vel occulte oppugnarint. Evidem illorum comprobamus consilium, qui ut semet ipsos aliosque ex difficultatibus sacri codicis expediant, ad eas diluendas, omnibus studiorum et artis criticae freti subsidiis, novas vias atque rationes inquirunt; at misere a proposito aberrabunt, si decessoris Nostri praescripta neglexerint et certos fines terminosque a Patribus constitutos praeterierint. Quibus sane praecepsit et finibus nequaquam recentiorum illorum continetur opinio, qui, inducto inter elementum Scripturae primarium seu religiosum et secundarium seu profanum discrimine, inspirationem quidem ipsam ad omnes sententias, immo etiam ad singula Bibliorum verba pertinere volunt, sed eius effectus, atque in primis erroris immunitatem absolutamque veritatem, ad elementum primarium seu religiosum contrahunt et coangustant. Eorum enim sententia est, id unum, quod ad religionem spectet, a Deo in Scripturis intendi ac doceri; reliqua vero, quae ad profanas disciplinas pertineant et doctrinae revelatae, quasi quaedam externa divinae veritatis vestis, inserviant, permitte tantummodo et scriptoris imbecillitati relinqu. Nihil igitur mirum, si in rebus physicis et historicis aliisque similibus satis multa in Bibliis occurrant quae cum huius aetatis bonarum artium progressionibus componi omnino non possint. Haec opinionum commenta, sunt qui nihil repugnare contendant decessoris Nostri praescriptionibus, cum is hagiographum in naturali-

(1) Litt. Enc. *Providentissimus Deus*,

bus rebus secundum externam speciem, utiq e fallacem, loqui declaraverit. Id vero quam temere, quam falso affirmetur, ex ipsis Pontificis verbis manifesto appareat. Neque enim ab externa rerum specie, cuius rationem esse habendam, Leo XIII, praeeuntibus Augustino et Thoma Aquinate, sapientissime edixit, ulla falsi labes divinis Litteris aspergitur, quandoquidem sensus in iis rebus proxime cognoscendis, quarum sit propria ipsorum cognitio, minime decipi, dogma est sanae philosophiae. Praeterea decessor Noster, quovis inter elementum primarium et secundarium, uti vocant, remoto discrimine omnique ambiguitate sublata, luculentius ostendit, longissime a vero abesse illorum opinionem, qui arbitrantur «de veritate sententiarum cum agitur, non adeo exquirendum quam obnam dixerit Deus, ut non magis perpendatur quam ob causam ea dixerit»; idemque docet divinum afflatum ad omnes Bibliorum partes; sine ullo delectu ac discrimine, proferri nullumque in textum inspiratum errorem incidere posse: «At nefas omnino fuerit, aut inspirationem ad aliquas tantam Sacrae Scripturae partes coangustare, aut concedere sacrum ipsum errasse auctorem».

(Continuará)

## SAGRADA CONGREGACION DEL CONCILIO

*Carta circular a los Rdmos. Ordinarios de Italia sobre enseñanza del Catecismo y explicación del Evangelio.*

Rdmo. Señor:

Si en todo tiempo es necesaria la instrucción religiosa del pueblo cristiano, lo es mayormente en estos tiempos calamitosos en que se intenta por todos los medios minar en su misma base el orden religioso y social. Y el nuevo Código de Derecho canónico en los capítulos *de catechetica institutione* (can. 1329-1336) y *de*

*sacris concionibus* (canon 1344-1348) prescribe normas taxativas para la enseñanza de la Doctrina Cristiana a los niños y a los adultos y para la explicación del Evangelio al pueblo.

No hay duda que los Rdmos. Ordinarios de Italia, en su celo iluminado, habrán inculcado a los párrocos y a los otros que tengan cura de almas (en el modo que la prudencia y la solicitud por la grey que les ha sido encomendada les dictaba), la exacta observancia de las sabias disposiciones establecidas por el Derecho canónico.

Sin embargo, en el intento de dar un mayor impulso a la instrucción religiosa y de coadyuvar a la acción de los Reverendos Ordinarios en una causa de tan capital importancia, esta Sagrada Congregación, con la plena aprobación del Santo Padre, invita a los Rdmos. Ordinarios de Italia a responder según su conciencia y en el tiempo más breve posible, a las siguientes preguntas:

I. Si se han tomado providencias para la ejecución de las indicadas disposiciones relativas a la explicación del Evangelio y a la enseñanza del Catecismo; y cuáles han sido.

II. Si por el Obispo han sido establecidas penas especiales contra los infractores.

III. Si todos y cada uno de los párrocos de la diócesis y otros que tengan cura de almas:

a) explican el Evangelio al pueblo todos los domingos y otras fiestas de precepto,

b) en los días señalados explican a los adultos la Doctrina Cristiana, y si se ha introducido la costumbre de vacar algún día, y por qué causa.

IV. Si los párrocos y otros que tengan cura de almas enseñan por sí o por medio de otros el Catecismo a los niños y

a) en qué tiempo y de qué modo lo enseñan;

b) si preparan, y de qué modo y en qué tiempo a

los niños para la Confesión, la Confirmación y la primera Comunión;

c) si en toda parroquia han sido erigidas la Confraternidades de la Doctrina Cristiana;

d) si se han usado otros medios para la enseñanza del Catecismo a aquellos que no tuvieron tal instrucción, y cuáles han sido.

V. Se indiquen los nombres de aquellos párrocos y curas de almas que no satisficieron a los deberes señalados en los números III y IV.

VI. Cuáles han sido las providencias tomadas por la autoridad diocesana contra los transgresores.

VII. Si para estos transgresores, además de la acción del Ordinario, sería conveniente la intervención de esta S. C.

VIII. Si el clero secular y regular se presta a la enseñanza del Catecismo en la parroquia y, en caso negativo, por qué motivos. Se indiquen las personas y los institutos religiosos.

IX. Se indiquen las otras medidas que se podrían tomar por la Santa Sede, a fin de que las disposiciones canónicas tocantes a la enseñanza del Catecismo y a la explicación del Evangelio sean puestas en ejecución eficazmente.

Roma, de la Secretaría de la Sagrada Congregación del Concilio, 31 Mayo 1920.

G. MORI,  
Secretario

D. CARD. SBARRETTI,  
Prefecto.

## SACRA CONGREGATIO RITUUM

*Ritus seu formula brevior consecrationis altaris immobilis quod amisit consecrationem ob separationem, etsi momentaneam, tabulae seu mensae a stipite: uti in casu de quo agit codex iur. can. in canone 1200, § 1.*

¶ Instaurato Altari immobili et mensa, integrum Reliquiarum sepulcrum habente, cum stipite coniuncta,

Consecrator sancto chrismate inungat, ad modum crucis, coniunctiones mensae cum stipite in quatuor angulis, quasi illas coniungens, ad singulas cruces dicens: In nōmine Pateris et Fílii et Spíritus Sancti, recitatis dein orationibus *Maiestatem tuam, et Suplices te deprecámur* iuxta Pontificale Romanum; ac subinde scripto declareret ac testetur praefatum Altare a se, ordinaria vel delegata auctoritate, rite consecratum, uti tale habendum esse et sub eodem titulo quo ipsum ante execrationem gaudebat.»

## II

*Ritus et formula brevior in consecratione altarium quae amiserunt consecrationem: uti in casu de quo agit codex iut. can. in canone 1200, § nn, 1 et 2.*

¶ Pontifex, indutus rochetto et stola alba, vel Presbyter, indutus superpelliceo et stola alba, accedit versus altare et, loco congruenti stans, benedicit aquam cum sale, cinere et vino, incipiens absolute exorcismum salis.»

Exorcízo te, creatúra salis, in nōmine Dómini nostri Iesu Christi, qui Apóstolis suis ait: Vos estis sal terræ, et per Apóstolum dicit: Sermo vester semper in grátia sale sit condítus; ut sancti ficéris ad consecratioñem huius altáris, ad expelléndas omnes daémonum tentatioñes; et ómnibus, qui ex te súmpserint, sis ánimae et cörperis tutaméntum, sánitas, protéctio et confirmatio salútis. Per eúmdem Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui ventúrus est iudicáre vivos et mortuos, et saéculum per ignem.

R). Amen.

*Deinde dicit,*

¶. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo,

Orémus.

Dómine Deus, Pater omnípotens, qui hanc grátiam

caélitus sali tribúere dignátus es, ut ex illo possint univérsa condíri, quae homínibus ad escam procreásti, bénē dic hanc creatúram salis, ad effugándum ini- mícum; et ei salúbrem medicínam immítte, ut proficiat suméntibus ad animae et cónporis sanitátem. Per Christum Dóminum nostrum.

R). Amen.

*Tum procedit absolute ad exorcismum aquae:*

Exorcízo te, creatúra aquae, in nómine Dei Pateris et Fílilii, et Spíritus Sancti, ut repéllas diábolum a témino iustórum, ne sit in umbráculis huius Ecclé- siae et altáris. Et tu, Dómine Iesu Christe, infúnde Spíritum sanctum in hanc Ecclésiam tuam et altáre; ut proficiat ad sanitátem cónporum animarúmque ado- rántium te, et magnificétur nomen tuum in géntibus: et incréduli corde convertántur ad te, et non hábeant álium Deum, praeter te, Dóminum solum, qui ventú- rus es iudicáre vivos et mórtuos, et saéculum per ignem.

R). Amen.

*Deinde dicit.*

¶. Dómine, exáudi oratióne meam.

R). Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Deus, Pater omnípotens, statútor ómnium elementórum, qui per Iesum Christum Filium tuum Dóminum nostrum eleméntum hoc aquae in salútem humáni géneris esse voluísti, tē súpplices dēprecámur, ut exaudítis oratióibus nostris, eam tuae pietatis as- pectu sanctí fices; atque ita ómnium spirítuum im- mundórum ab ea recédat incúrsio, ut ubiqúmque fúe- rit in nomine tuo aspérsa, grátia tuae benedictiónis advéniat, et mala ómnia, te propitiánte, procul recé- dant. Per eúmdem Dóminum nostrum Iesum Christum

Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat Deus, per ómnia saécula saeculórum.

R). Amen.

*Tum dicit super cineres:*

*Benedictio cinerum.*

¶. Dómine, exáudi orationem meam.

R). Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus

Omnípotens sempitérne Deus, parce poenitentibus, propitiare supplicántibus, et míttete dignéris sanctum Angelum tuum de caelis, quil bene ☩ dícat et sanctí ☩ ficit hos cíneres, ut sint remédium salúbre ómnibus, nomen sanctum tuum humíliter implorántibus, ac semetípsos pro consciéntia delictórum suórum accusántibus, ante conspécum divínae cleméntiae tuae fací-nora sua deplorántibus, vel sereníssimam pietátem tuam supplíciter obnixéque flagitántibus; et praesta, per invocatiónem sanctissimi nōminis tui, ut quicúmque eos super se aspérsérint, pro redemptiōne peccatórum suórum, córporis sanitátem et ánimae tutélam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum.

R). Amen.

*Tum accipit sal, et miscet cíneri in modum crucis, dicens:*

Commíxtio salis et cíneris páriter fiat. In nōmino Pa ☩ tris, et Fí ☩ lii, et Spíritus ☩ Sancti.

R). Amen.

*Deinde, accipiens pugillum de mixtura salis et cínerum, mittit in aquam in modum crucis, dicens:*

Commíxtio salis, cíneris et aquae páriter fiat. In nōmine Pa ☩ tris, et Fí ☩ lii, et Spíritus ☩ Sancti.

R). Amen.

*Deinde dicit super vinum:*

*Benedictio vini.*

¶. Dómine, exáudi oratiōnem meam.

R). Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Iesu Christe, qui in Cana Galilaéae ex aqua vinum fecísti, quiq[ue] es vitis vera, múltipla super nos misericórdiam tuam; et bene ✠ dicere et sancti ✠ ficáre dignér[is] hanc creatúram vini, ut ubicúmque fūsum fúerit vel aspérsum, divínae id benedictiónis tuae opuléntia repleátur, et sanctificétur: Qui cum Pa-  
tre, et Spíritu sancto, vivis et regnas Deus, per ómnia saécula saeculórum.

R). Amen.

*Deinde mittit in modum crucis vinum in aquam ipsam,  
dicens:*

Commíxtio vini, salis, cíneris et aquao pariter fiat.  
In nōmine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti.

R). Amen.

¶. Dómine, exáudi oratióne meam.

R). Et clamor meus ad te vénial.

¶. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, créator et conservá-  
tor humáni géneris, et dator gratiae spirituális, ac lar-  
gítor aetérnae salúcis, emítte Spíritum sanctum tuum  
super hoc vinum cum aqua, sale et cínere mixtum; ut  
armatum caeléstis defensióne virtútis, ad consecratió-  
nem huius altáris tui profíciat. Per Dóminum nostrum  
Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et re-  
gnat in unitate eiusdem Spíritus Sancti Deus per omnia  
saécula saeculórum.

R). Amen.

*Postea cum praemissa aqua benedicta facit maltam, seu  
coementum quod benedicit, dicens:*

¶. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Summe Deus, qui summa et média ímaque custódis, qui omnem creatúram intrínsecus ambiéndo conclúdis, santí ✕ fíca et bénē ✕ dic has creatúras calcis et sábuli. Per Christum Dóminum nostrum.

R). Amen.

*Coementum benedictum reservatur et residuum aquae benedictae funditur in sacratium.*

*Deinde consecrator, accedens ad altare, signat cum pollice dexteræ manus de Chrismate confessionem, id est sepulchrum altaris, a quo ablatae sunt Reliquiae, in quatuor angulis signum crucis, et dicens, dum unamquamque crucem facit.*

Conse ✕ crétur, et sancti ✕ ficétur hoc sepulchrum In nōmine Pa ✕ tris et Fí ✕ lii, et Spíritus ✕ Sancti. Pax huic dómui.

*Deinde recondit ibi vasculum cum Reliquiis et aliis in eo inclusis veneranter, atque accipiens lapidem, seu tabulam, qua debet claudi sepulchrum, facit cum pollice crucem de Chrismate subtus in medio ejus, dicens:*

Conse ✕ orétur et sancti ✕ ficétur haec tabula (*vel* hic lapis), per istam unctionem et Dei benedictionem. In nōmine Pa ✕ tris, et Fí ✕ lii, et Spíritus ✕ Sancti. Pax tibi

*Et mox, coemento benedicto adhibito, adiuvante, si opus fuerit, coementario, ponit et coaptat tabulam, seu lapidem, super sepulchrum, claudens illud et dicit:*

Orémus.

Deus, qui ex ómnium cohabitatióne Sanctórum. aetérnum maiestati tuae condis habitáculum, da aedificationi tuae increménta caeléstia: et praesta; ut quorum hic Relíquias pio amóre compléctimur, eórum semper méritis adiuvémur, Per Christum Dóminum nostrum.

R). Amen.

*Tunc, coementario adiuvante, cum eodem coemento firmat ipsam tabulam, seu lapidem, super sepulchrum: deinde*

*ipse facit crucem aësuper ex Chïsmate cum pollice dexterae manus, dicens:*

Signé ✕ tur et sancti ✕ sicétur hoc altáre. In nōmine Pa ✕ tris, et Fi ✕ lii, et Spíritus ✕ Sancti. Pax tibi.

Suprascripti ritus seu formulae breviores Consecrationis altarium execratorum concordant cum originalibus approbatis. In fidem, etc.

Ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 9 septembbris 1920.

Philippus Di Fava S. R. C. Substitutus.

## Secretaría de Cámara y Gobierno

### I

#### Bendición Papal.

En virtud de las facultades concedidas por el Derecho Canónico (c. 914), nuestro Ilmo. y Rvdmo. Prelado dará solemnemente la Bendición Papal a los fieles el día 8 de Diciembre, fiesta de la Inmaculada Concepción de la Santísima Virgen, después de la Misa Pontifical que, Dios mediante, celebrará en la S. I. Catedral.

Su Señoría Ilma. y Rvdma. exhorta encarecidamente a sus amadísimos Diocesanos a recibir esta Apostólica bendición y a ganar la Indulgencia Plenaria que a ella va unida, preparándose para ello con los Santos Sacramentos de Confesión y Comunión.

Burgo de Osma, 13 de Noviembre de 1920.

Dr. Manuel Requejo Pérez.

Maestrescuela-Scrio

### II

#### Misas en favor del Seminario.

Por encargo del Ilmo. Prelado se recuerda y recomienda de nuevo a cuantos Señores Sacerdotes vienen obligados a ello, la más escrupulosa diligencia en dar relación a esta Secretaría de Cámara, al fin de cada trimestre, de las segundas Misas aplicadas por la

intención de Su Señoría Ilma. y cuyos estipendios se aplican en favor del Seminario, como repetidamente se les ha advertido, ya que del incumplimiento o del retraso en su observancia se siguen graves inconvenientes de diversa índole.

Burgo de Osma, 13 de Noviembre de 1920.

*Dr. Manuel Requejo Perez,*  
Maestrescuela-Scrio

### III

#### Colecta del «Dia del Papa.»

El Ilmo. y Rvdmo. Prelado ha recibido del agente de asuntos Diocesanos en Roma una carta en que comunica haber puesto en las Augustas manos del Papa el día 29 de Octubre la cantidad de *cinco mil ochocientas ochenta y una liras*, como ofrenda del Ilmo. señor Obispo y Clero Diocesano en el día del Apóstol Santiago, fiesta onomástica de Su Santidad.

Burgo de Osma, 13 de Noviembre de 1920.

*Dr. Manuel Requejo Perez.*  
Maestrescuela-Scrio

### IV

#### Misas de Colecturía.

A todos los Señores Sacerdotes que presten servicios en la Diócesis se les hace saber que hasta nueva orden pueden aplicar misas por la intención de esta Colecturía Diocesana, acrediitando su cumplimiento en la forma acostumbrada para percibir los estipendios correspondientes.

Burgo de Osma, 13 de Noviembre de 1920.

*Dr. Manuel Requejo Perez.*  
Maestrescuela-Scrio

## PROVISORATO Y VICARIA GENERAL

Teniendo proyectado contraer matrimonio D.<sup>a</sup> Victoria Dueñas Pascual, soltera, natural de Espeja y residente en Orillares, ambos pueblos de esta Diócesis,

de 19 años de edad, hija legítima de D. Francisco y y D.<sup>a</sup> Serafina, para lo cual precisa el consentimiento paterno, e ignorándose el paradero de su padre, se le cita, llama y emplaza para que en el término de diez días, a contar del de la publicación de este anuncio en el BOLETÍN OFICIAL de esta Diócesis, comparezca a prestársele o a negarle, en la inteligencia de que si no lo hiciere, pasado el plazo señalado se procederá a lo que haya lugar en Derecho.

El Provisor y Vicario General,  
DR. JUAN GÓMEZ DELGADO

---

## MINISTERIO DE INSTRUCCION PUBLICA

---

Con fecha 29 del pasado octubre se dictó una real orden, no publicada en la «Gaceta» ni en el Boletín del Ministerio, en virtud de la cual se comunica al inspector jefe de Primera enseñanza de la provincia de Cáceres la resolución dada contra el maestro de El Gordo, obligándole a que permita la entrada en el local-escuela al cura párroco para que pueda cumplir la obligación que le impone el artículo 11 de la ley de Instrucción pública.

Dicho artículo dice así: «El Gobierno procurará que los respectivos curas párrocos tengan repasos de Doctrina y Moral cristiana para los niños de las escuelas elementales, lo menos una vez cada semana».

---

## BIBLIOGRAFIA

---

### A los lectores católicos.

La meritísima revista católica, *La Lectura Dominical*, Órgano del Apostolado de la Prensa, acaba de introducir importanzísimas mejoras en todas sus variadas secciones de información, literatura e ilustraciones, proponiéndose ampliarlas aún más y esto sin variar su precio actual, *diez pesetas*, lo que en medio de la general y considerable alza de precios en la prensa viene a hacerla más digna de protección por los católicos que en esta veterana y conocida revista han visto siempre un decidido paladín de la Religión y de la Patria.

La suscripción se recibe en Leganitos, 17, 1.<sup>o</sup> Madrid.

---

# T A B L A

*de los sermones que han de predicarse en esta Santa Iglesia Catedral en el año eclesiástico de 1920-21.*

FESTIVIDADES	Dia.	Mes	SEÑORES ENCARGADOS
Dominica 1. <sup>a</sup> de Adviento.....	28	noviembre	M. I. Sr. D. José María Múgica
Dominica 2. <sup>o</sup> de Adviento.....	5	diciembre	M. I. Sr. Magistral
Purísima Concepción.....	8	"	M. I. Sr. D. José María Sertucha.
Dominica 3. <sup>a</sup> de Adviento.....	12	"	M. I. Sr. Deán.
Dominica 4. <sup>a</sup> de Adviento.....	13	"	Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo.
Natividad del Señor.....	25	"	Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo.
Circuncisión del Señor.....	1. <sup>o</sup>	enero	M. I. Sr. Canónigo Archivero.
Epifanía.....	6	"	M. I. Sr. Magistral.
Septuagésima.— <i>Publicación Sta. Bula.</i>	23	"	A cargo del Sr. Administrador.
Sexagesima.....	30	"	M. I. Sr. Canónigo Archivero.
Quincuagésima .....	6	febrero	M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario.
Miércoles de Ceniza.....	9	"	Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo.
Viernes.....	11	"	M. I. Sr. Bibliotecario.
Dominica 1. <sup>a</sup> de Cuaresma.....	13	"	M. I. Sr. Magistral.
Viernes.....	18	"	M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario.
Dominica 2. <sup>a</sup> de Cuaresma.....	20	"	M. I. Sr. Maestrescuela.
Viernes.....	25	"	M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario.
Dominica 3. <sup>a</sup> de Cuaresma.....	27	"	Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo.
Viernes.....	4	marzo	M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario.
Dominica 4. <sup>a</sup> de Cuaresma.....	6	"	M. I. Sr. Canónigo Archivero.

FESTIVIDADES	Día	Mes	SEÑORES ENCARGADOS	
			Dia	Mes
Viernes de Pasión.....	11	marzo	M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario.	
Dominica de Pasión.....	13	>	M. I. Sr. Magistral.	
San José.....	19	>	M. I. Sr. D. Jaime Gutierrez.	
Domingo de Ramos.....	20	>	M. I. Sr. Magistral.	
Jueves Santo, <i>Mandato</i> .....	24	>	M. I. Sr. D. José María Sertucha.	
Idem: <i>Institución de la Eucaristía</i> .....	'		M. I. Sr. y Rvdmo. Sr. Obispo.	
Viernes Santo, <i>Pasión</i> .....	25	>	M. I. Sr. Magistral.	
Pascua de Resurrección.....	27	>	M. I. Sr. D. José María Sertucha.	
Ascensión del Señor.....	5	mayo	M. I. Sr. Magistral.	
Pascua de Pentecostés.....	15	>	M. I. Sr. Canónigo Archivero.	
Santísima Trinidad.....	22	>	M. I. Sr. Magistral.	
Triduo Eucarístico. } Viernes.....	27	>	M. I. Sr. Magistral.	
} Sábado.....	28	>	M. I. Sr. D. José María Sertucha.	
} Domingo.....	29	>	M. I. y Rvdmo. Sr. Obispo.	
San Pedro Apostol.....	29	junio	M. I. Sr. Magistral.	
Santiago.....	25	julio	Sr. Maestro de Ceremonias.	
San Pedro de Osma.....	2	agosto	Sr. Maestro de Ceremonias.	
Asunción de Nuestra Señora.....	15	>	D. Jesús Corredor, Beneficiado.	
Santísimo Rosario.....	2	octubre	M. I. Sr. Magistral.	
Todos los Santos .....	1. <sup>o</sup>	noviembre	M. I. Sr. Magistral.	